

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De victore Idumaeorum Es. 63, 1 - 6

**Abicht, Johann Georg
Pfaffreuter, Christoph Heinrich**

Leipzig, 1712

VD18 14793431-ddd

§. III.

[urn:nbn:de:bsz:31-130619](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130619)

seq. Quoniam Edomitæ infensissimi Judæorum hostes fuerunt, multasque calamitates iisdem intulere, factum est, ut Prophetæ ipsis sæpius calamitates iusta Dei ira immittendas prædixerint, ut infra monstrabimus. Idumææ terræ annectitur etiam urbs celebris *Bozra*: Dicit enim Prophetæ, *quis est iste qui venit de Edom rubras vestes habens a Bozra*. Quidam a *בציר* vindemia, eam appellatam esse existimant. Sed quia urbs est, malimus eam derivare ex Deut. I, 28. & III, 5. *בצורות ערים* urbibus munitis, quia mœnibus munita fuit. Inde etiam *בצרון* munitio, arx alta LXX. *ὄχυρωμα*, Zach. IX, 12. Hæc uti aliis visum, Idumææ civitas est, quod Idumææ annexa sit. In Idumæa quoque eandem ponit Amos Themani vicinam Cap. I, 12. *mittam ignem in Themam, qui comedet palatia Bozra*. Quod si vero Themam in Idumæa sita est, uti ex Jeremiæ XLIX, 7. & Ezechielis XXV, 12. 13. cognoscimus, merito Bozram in eadem collocamus, quia Amos illam cum Themam conjungit. Hieron. ad Amos. I, 11, dicit: *devorabit aedes Bozra non ut quidam putant alteram civitatem, sed Idumæam ὄχυρωμα ἵκνυ munitam significat, juxta illud quod in Esaiâ legimus: Quis est iste, qui venit ex Edom tinctis vestibus de Bosra?* Reperitur alia urbs trans Jordanem in campestribus Moab, Hebræis *בצר* Bezer, sed vulgato Bofor appellata, quæ cum nostra Bozra non confundenda est.

§. III.

המץ בגדים Tinctus quoad vestimenta *חמץ* est fermentare, inde Coccejus in Lex. reddit fermentatus quoad vestes. Sed necesse erit, ut sensum clariorem reddamus ex more antiquis fullonibus usitato, quem describit R. Nathan in Aruch, Rad. *בקע* Docuerunt Rabbini nostri, quod fossa *בקיע* tribus palmis debeat abesse a pariete, in quam intingunt vestimenta *ומחמצין* eaque fermentant in ea aqua, & quibusdam speciebus nitri, eum in sinem ut lavent. Ex quo loco intelligimus vocabulum *חמץ* fullonibus esse usitatum, quando

do vestimenta in aquam nitrumque intinxere, ut fermentarent, quo impuritates eo facillius abluí potuerint; quæ significatio nobis ad explicandum *Esaiz* vocem aptissima videtur. Dicit Propheta Victoris vestimenta quasi in fullonum fossam esse intincta variaque labe maculisque conspurcata. Eo ipso describit Victoris vestimenta cruento occisorum hostium sanguine commaculata. *Aben Esra* explicat *אֵין הַתְּנַמָּה* quomodo conspersus est. LXX. Interpr. sensum magis quam verba respicientes *ἡ ὀσμὴ τῶν ἰουδαίων rubor vestium*; *Vulgatus* autem *tinctis vestibus*, qui lavandi modum respicere videtur. *Chaldæus* sensum non voces expressit & *אָמַר* de oppressione intellexit, quem sensum alias quidem habet, sed huic loco difficulter applicari potest.

§. IV.

Sequitur *הַדָּר כְּבוֹשׁוֹ* decorus in vestitu suo *הַדָּר* est *revere* *Lev. XIX, 15.* *Non accipies faciem tenuis & non הַדָּר* *revereberis faciem magni*, sic *v. 32. Exod. XXIII, 3. Thren. V, 12.* Inde decus atque majestas *Prov. XXXI, 25.* in laude mulieris sapientis *לבושה עוֹן וְהָרַר עוֹן* *robur & decus, vel majestas est vestimentum ejus.* *Sic* ist *ansehnlich* in *ibret R. v. dung, Psal. CXLV, 5.* de Deo *הַדָּר* *Decus vel reverentiam gloriosa Majestatis tue loquar*; inde *הַדָּר* *reverentia dignus, venerabilis in vestimento suo* LXX. Interpr. *ὡραῖος ἐν στολῇ αὐτοῦ* *formosus in stola sua*, quos sequitur *Vulgatus.*

§. V.

Tandem in interrogatione Prophetae describitur *Victor* noster, quod sit *כְּחוֹב כְּרוֹב צַעָה* *Incedens multa virtute* *Vox צַעָה* juxta *Coccejum* est *magnis passibus ambulare*, sic *Jel. LI, 14.* *צַעָה* *festinavit gradens, ut solvatur*, *Jer. XLVIII, 12.* *& mittam ei צַעָה וְצַעָה* *velociter ambulantes, qui eum ambulare facient.* Recte itaque LXX. Interpr. in nostro loco vertant *κατασπόμενος βίαια μετὰ ἰσχύος* *fortiter incedens.* *Aben Esra* in *Comment. ad h. l.* allegat *R. Mosen Haccohan*, qui *MS. At in meo ἀπτερι παρασπόμενος ὁ λογίζ.* no-